

Quem tegit iste lapis miles fuit et moriendo
Desiit esse suo miles in officio.

5 Is tumultatus erat vir in armis strenuus, ortu
Nobilis, eximius pace, vicens animo.

Heu! fuit et non est, quia telis, igne, ruina
Abstulit hunc triplici mors gravis interitu.

Hunc deus a culpis expurget, ab igne gehennae

10 Liberet, in requie collocet, addat opem.

XXIV.

Cum totum nequeat aliquod nomen dare parti,
Quod sit homo corpus, logicae non consonat arti.

Ergo non sequitur homines istic tumulari,
Cum liquido constet hic corpora sola locari.

5 Cessent obniti, cessent latrare sophistae!

Nam nil quod sit homo circumscribit locus iste.

XXV.

Vitae mortalis status est quidam generalis
Temporis exigui curriculo minui.

Est hominis labi, verti, succumbere trahi;

Est hominis fieri consimilem cineri.

5 Sic pereunt nata, rediguntur materiata

In sua simplicia traduce materia.

Sic quoque Waltherum tulit 'ultima linea rerum' ¹

Quondam canonicum, nunc cinerem modicum.

Huic, pater aeternae! da lucis amoena supernae!

10 Perpetis ut patriae gaudeat in requie.

XXVI.

De quo processit in id ipsum carne recessit
Advena Waltherus hoc in tumulo tumultatus.

Heu! primae matris primi transgressio patris

Criminis heredes dedit has incurrere sedes.

XXVII.

Hic tumultatus praeco beatus

Condecoratus prespiteratus

Nunc meritorum digna suorum

Dum sociorum se superiorum

5 Martyrio dedit egregio

Supplicio, latrocinio

rite vigeat

iure virebat.

praemia captat,

coetibus aptat.

caro carnea iura,

terras subitura.

XXIV—XXVII. fol. 73 b II.

1) Horat. Epist. I, 16, 79.